

scopo, aut aliquo Ecclesiastico Prelato Regni mei de rebus domus defuncti mobilibus, sive immobilibus quidquam rapere, nec possessiones extrinsecas violenter occupare, nec domos quacumque re spoliare ulli modo presumat. Sed omnes res & possessiones Archiepiscopi, sive Episcopi, sive cujuscumque Ecclesiastici Prelati defuncti reserventur illarum, & libere habenda & possidenda Archiepiscopo, sive Episcopo, sive Prelato in posterum successuro. Eodem modo concedo vobis, & statuo, ut nunquam de cetero petam aliquid Archiepiscopis, nec Episcopis, nec Abbatibus, nec aliquibus Ecclesiasticis personis, nec aliquibus Religiosis viris per minas, terrorem, seu violentiam; nisi cum suo amore & beneplacito eorum; & secundum quod meus Archiepiscopus mihi consulat & mandabit. Absolve etiam omnes clericos & sacerdotes totius regni mei ab omni facienda, & fossadeira, & posta, & qualibet alia peccata in perpetuum, & ab omni servitio quod ad Regem pertinet, rogans & postulans ut omnes clericis in vita mea specialem faciant orationem pro incolunitate corporis mei & quotidianam, & post decessum meum pro salute anime mee & parentum meorum. Concedo etiam & statuo in perpetuum, quod naufragi undecumque ad Regnum meum applicerint, cum omnibus rebus suis, quas de naufragio eripere poterunt, ad quascunque partes

vouerint, sine omni lesione & impedimento proficiantur, & nullus homo in toto Regno meo aliquam violentiam eis, vel rebus eorum in aliquo inferre presumat. Si quis vero, &c. Facta charta apud Toletum æra M. CC. XVIII. XIV. Kalendas Januarii, anno IV. ex quo Rex serenissimus præfatus Concham fidei christianæ mancipavit. Et ego Rex Aldefonsus regnans in Toletum & Castellam hoc præsentis privilegium, quod fieri mandavi, manu propria reboro & confirmo. Rodericus Guierrez, Majordomus Curie Regis, confirmat. Gomez Garcia de Roda, Alferiz Regis, confirmat. Raimundus Palentinus Episcopus conf. Petrus Burgensis Episcopus conf. Sancius Abulensis Episcopus conf. Rodericus Calagurritanus Episcopus conf. Michael Oxomensis Episcopus conf. Ardericus Seguntinus Episcopus conf. Joannes primus Conchanus electus conf. Comes Petrus conf. Comes Ferrandus conf. Comes Gundisalvus conf. Comes Aldefonsus conf. Petrus Roderici de Azagra conf. Ferrandus Roderici de Argello conf. Didacus Exemeniz conf. Petrus de Aranzi conf. Petrus Garcia de Lerma conf. Alvarus Roderici de Guzman conf. Ordonius Garcia conf. Petrus Roderici de Guzman conf. Froila Ramirez conf. Lupus Diaz, Merinus Regis in Castellam, conf. Magister Geraldus Regis Notarius. Petro de Cardona existente Chancel. scripsit, XVIII.

VIII.

PRIVILEGIO DE D. ALONSO VIII.

POR EL QUE SEÑALA TERMINOS A LA CIUDAD DE PLASENCIA, CONFIRMADO POR D. ALONSO EL SABIO.

SEpan quantos esta carta vieren como nos D. Alonso Rey de Castilla, de Toledo, de Leon, de Galicia, de Sevilla, de Córdoba, de Murcia, de Jaén y del Algarve, viemos privilegio del Rey D. Alfonso nuestro bisavuelo, sellado de lo su sello, fecho en esta guisa.

Quanto largius fides pullulat, & augetur Christiana religio, tanto magis ex invocatione divini nominis superna gloriantur majestas, & suis fidelibus exhibet, quod spondit. Unde pium est, & saluti animarum expedit, his in locis paganorum regionibus affinis urbes construere, Christianarum aggregationes plantare, quæ infidelium nequitie sint in obstaculum, & omnium creatori in laudem & gloriam. Quapropter ego Aldefonsus Dei gratia Rex Castellæ & Toleti, una cum uxore mea Eleonora Regina, & cum filiabus meis Infantissis Berengaria & Urraca, ad honorem Dei in loco, qui antiquitus vocabatur Ambroz, urbem ædifico, cui Placentia (ut Deo placeat & hominibus) nomen imposui; eique, & ejusdem concilio presenti & futuro, & filiis & posteris eorum assigno, dono & concedo terminos per subscriptas metas & mojones inclusos versus urbem signatos subsequenti modo, & divisos cum memoriis, & aquis, & fontibus, & cum omnibus directuris & pertinentiis suis; ita quod teneant & possideant terminos illos desertos aut populosos, quomodocumque vouerint, sive ad pastura, sive ad agriculturam; & de eis, & in eis quidquid vouerint, faciant. In

partibus, que sunt ultra Tietar, sit eis terminus circa Tagum, sicut dividit per illum vadum de Alarza, quod est in Tago; sicut itur in directum ad Cabezam majorem de la Pedernalosa; & de Pedernalosa in directum ad Cabezas de Terrazas; & de Cabezas de Terrazas in directum usque in rivum Tietar, & ultra Tietar ad Gargantam de Chiella; & de Garganta de Chiella per illam carreram rectam, qua itur ad summum de Valle Vellido; & per Vallem Vellido ad jussum, sicut itur in directum ad Cabezam de D. Pedrolo; & de Cabeza de D. Pedrolo ad jussum sicut intrat via in rivum Tornis; & Tornis ad jussum usque ad arrojum de Mula, ubi cadit in Tornis; & arrojum de Mula arriba sicut exit ad summum de Falgosim; & de Falgosim ad jussum sicut itur ad Calzadam de Guinea. Et ultra fluvium Tagum de supra dicto vado de Alarza, sicut exit carrera de vado, & itur per eam ad portum de Ibor, præter castellum Alvalat cum suo termino, quod est sicut cadunt aque versus castellum de omnibus partibus ultra Tagum; & de portu de Ibor, sicut itur in directum ad rivum, qui dicitur Almont, & Almont ad jussum sicut cadit Gebla rivus in Almont; & de Gebla rivo arriba, sicut itur ad Tamujam, & ad directum, & ad Castrum de Montanches, & ad campum de Lucena, & ad serram de Sancto Petro, & in antea ad directum, quantum poterint acquirere Placentini. Et infra predictas

V. el cap. LIII. de estas Memorias. y Anales de la ciudad y Obispado de Plasencia pag. 2. *Fr. Alfonso Fernandez en la historia*

etas metas concedo vobis Monsfrac pro aldea: ita tamen quod ego teneam castellum, & hac mea terminorum donatio rata & stabilis permaneat, & in violata perserveret. Si quis vero hujus mee donationis & concessionis paginam in aliquo rumpere, vel infringere, aut diminuire presumerit, iram omnipotentis Dei plenarie incurrat, & cum Juda proditor æternas penas sustineat, & Regiæ parti mille libras auri purissimi in coto persolvat; & damnnum, quod vobis in supra dictis terminis intulerit, duplicatum restituat. Facta charta apud Placentiam æra M. CC. XXVII.


VIII. Idus Martii, secundo anno postquam serenissimus Alfonsus Rex Castellæ & Toleti Alfonsus Regem Legionensem cingulo militiæ cinxit, & ipse Alfonsus Rex Legionensis osculari est manum dicti Alfonsi Regis Castellæ & Toleti; & idem sæpe dictus Aldefonsus illustris Rex Castellæ & Toleti, Romani Imperatoris filium Conradum nomine in novum militem accinxit, & ei filiam suam Berengariam tradidit in uxorem. Er ego Alfonsus regans in Castella & Toletu hanc chartam manu propria roboro & confirmo.

E nos el sobredicho Rey D. Alfonso reynante en uno con la Reyna Doña Yolante mi muger, con nuestros hijos el Infante D. Fernando primero heredero, y con D. Sancho, y con D. Juan, en Castiella, en Toledo, en Leon, en Galicia, en Sevilla, en Córdoba, en Murcia, en Jaen, en Baeza, en Badaloz, é en el Algarve, otorgamos este privilegio, y confirmamoslo; y mandamos que vala así como valió en la sazón que el Rey D. Alonso nuestro bisavuelo lo dió. Y para que sea firme y estable mandamoslo sellar con nuestro sello de plomo. Fecho el privilegio en Segovia domingo XVIII. dias andados del mes de Junio en era de M. CCC. XI. años. D. Sancho Arzobispo de Toledo Canciller de Castilla confirma. D. Raymondo Arzobispo de Sevilla conf. El Infante D. Fedric conf. D. Guillen Marqués de Monferrat, vasa-

llo del Rey, conf. D. Henrique Duc de le Regne, vasallo del Rey, conf. D. Luis, hijo del Rey Juan Daere, Emperador de Constantinopla, y de la Emperatriz Doña Berenguela, Conde de Belmon, vasallo del Rey, confirma. D. Juan, hijo del Emperador y de la Emperatriz sobredichos; Conde de Monfort, vasallo del Rey, conf. D. Gaston Conde de Bearn, vasallo del Rey, conf. La Iglesia de Burgos vago. D. Tello Obispo de Palencia conf. D. Fernando Obispo de Segovia conf. La Iglesia de Sigüenza vago. D. Augustin Obispo de Osma conf. D. Gonzalo electo de Cuenca conf. La Iglesia de Avila vago. D. Umian Obispo de Calahorra conf. D. Fernando Obispo de Córdoba conf. D. Pedro Obispo de Plasencia conf. D. Pasqual Obispo de Jaén conf. La Iglesia de Cartagena vago. D. Fr. Juan Obispo de Cadiz conf. D. Juan Gonzalez Maestro de la Orden de Calatrava conf. D. Alfonso hijo del Infante D. Alfonso de Molina conf. D. Simon Ruiz de los Cameros conf. D. Juan Alfonso de Haro conf. D. Fernan Ruiz de Castro conf. D. Pedro Coronel de Aragon conf. D. Gutier Suarez de Meneses conf. D. Alfonso Tellez de Villalva conf. D. Rodrigo Gonzalez de Cisneros conf. D. Gomez Ruiz Manzanedo conf. D. Diego Lopez de Haro conf. D. Fernan Perez de Guzman conf. D. Henrique Perez, Repostero mayor del Rey, y Adelantado en el Reyno de Murcia por el Infante D. Fernando, conf. D. Diego Lopez de Salcedo, Adelantado en Alava y en Guipuzcoa, conf. D. Mazan Obispo de Leon conf. La Iglesia de Oviedo vago. D. Suero Obispo de Zamora conf. La Iglesia de Salamanca vago. D. Melendo Obispo de Astorga conf. D. Pedro electo de Ciudad conf. D. Fernando Obispo de Lugo conf. D. Juan Obispo de Orens conf. D. Gil Obispo de Tui conf. D. Nuño Obispo de Mondoñedo conf. D. Gonzalo Obispo de Coria conf. D. Fr. Bartolomé Obispo de

de Silve conf. D. Fr. Lorenzo Obispo de Balladós conf. D. Pelay Perez Maestro de la Orden de Santiago conf. D. Garcia Fernandez Maestro de la Orden de Alcántara conf. D. Alfonso Fernandez hijo del Rey, y Señor de Molina, conf. D. Rodrigo Ibañez, Pertiguero de Santiago, conf. D. Fernando Perez Ponce conf. D. Gil Martinez de Portugal conf. D. Martin Gil su hijo conf. D. Juan Fernandez Batísela conf. D. Ramir Diaz de Cienfuentes conf. D.

Roy Gil de Villabros conf. D. Garcia Fernandez, Maestro de la Orden del Temple, conf. Garci Dominguez, Notario del Rey en la Andalucía, conf. Millan Perez de Leon, la fixo escribir por mandado del Rey en el año de XXII. que el Rey sobredicho regnó. Pedro Garcia de Toledo lo escribió. Maestro Ferrando electo de Oviedo, y Notario del Rey, conf. Signo del Rey D. Alonso, Ferrand Perez.



IX.

BULA DE HONORIO III.

CONFIRMANDO LA DE CLEMENTE III. POR LA QUE ERIGIÓ EN CATEDRAL LA IGLESIA DE PLASENCIA.

Honorius Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Dominico Episcopo, & dilectis filiis capitulo Placentino salutem & Apostolicam benedictionem. In regestis felicis memorie Clementis Papæ prædecessoris nostri litteras invenimus in hunc modum:

„Clemens Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio illustri Regi Castellæ Alfonso salutem & Apostolicam benedictionem. Tunc Dei beneplacitum in humanis impletur actibus, cum corda Principum ad hoc conspiciamus viribus totis intendere, ut cultus divini nominis dilatetur, & inimici fidei catholice conterantur. Unde nos qui quorumlibet pia desideria quadam manu sollicitudinis adjuvare tenemur, tanto ad conceptorum executionem eos volumus diligenti adhortatione inducere, & annuendo, que

postulant, imitari, quanto pia exordia, que de bona intentione procedunt, sperantur laudabiliorum exitu concludenda. Inde est, quod intentionem Regiam modis omnibus commendantes de amplificandis christianæ religionis terminis jam conceptam in Placentina civitate, quam in terra per strenuitatem tuam de manu Ismaelitarum acquisita, divina prosperante clementia, populasse dignosceris, auctoritate Apostolica Episcopalem cathedram constituimus. Dicessem quoque habendam juxta dispositionem Regiam, ab eadem Ecclesia Cathedrali decernimus, ut velle, sicut presentis scripto concluditur, que sua sunt, ei largitione concessa dicescano jure ad eam perpetuo debeant pertinere: Turgellum scilicet, & Medellinum, & Mons Fragorum, & Sancta Cruz, cum omnibus pertinentiis suis. Ut autem hæc

¹ Véase el cap. LIII. pag. 152. de estas Memorias.


² Historia de Plaseucia por Fr. Alonso Fernandez pag. 23.

hac concessio futuris temporibus integra & illibata servetur, statuimus, ut nulli omnino hominum, &c. Siquis autem, &c."

Nos igitur concessionem eandem ad preces carissimi in Christo filii nostri Ferdinandi, illustris Regis Castellæ, auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communi-mus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis in-

fringere, vel ei ausu temerario contra-re. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datis Laterani XVIII. Kalendas Decembris Pontificatus nostri anno V.

Siguense otra Bula de Honorio III. en que confirma la villa de Bejar y su distrito, que queda verse en dicha Historia.



X.

EPISTOLAS DEL PAPA INNOCENCIO III.

SOBRE QUE SE DISOLVIESE EL MATRIMONIO ENTRE DON ALONSO IX. REY DE LEON Y DOÑA BERENGUELA, HIJA DE DON ALONSO VIII. DE CASTILLA, POR HALLARSE UNIDOS EN GRADO PROHIBIDO.

ZAMOREN. EPISCOPO.

PRæter debitum officii pastoralis, quod nos omnibus constituit debitor, personam tuam tanto amplius diligimus, & sincerius amplexamur, quanto amplius es præditus scientia litterarum, & tam in canonico quam civili jure peritus. Hoc siquidem attendentes, cum ad sedem Apostolicam, dum adhuc bonæ memoriæ Cæli Papa prædecessor noster viveret, accessisses, ab excommunicationis sententia, quam dilectus filius noster G. Sancti Angeli diaconus Cardin. in te, dum in partibus Hispaniæ legationis fungeretur officio, tulerat, te & Ecclesiam Zamorens. absolvimus; & poenam, si quam

ex eo quod celebraveras post interdicti & excommunicationis sententiam, quam in te post appellationem interpositam eundem Cardinalem tulisse dicebas, merneras, tibi & Ecclesiæ tuæ de sedis Apostolicæ benignitate remisimus, & cum plenitudine gratiæ nostræ te ad propria duximus remittendum. Datum Laterani VII. Kalend. Aprilis.

DILECTO FILIO FRATRI RAINERIO.

AUctor novi & veteris testamenti Dominus Deus noster, ut confunderet fortia, humilia frequenter elegit in veteri Synagoga, in Patriarchas, & Reges de postulantibus assumens, &

Ecclesia Rom. in ipsum, & Ecclesiam tulerat Zamorensem.

⁴ Lib. I. Epist. 92.

⁵ De revocandis incestis nuptiis & servando iudice pacis.

& in nova Ecclesia gentium in Apostolos eligens piscatores. Qui cum Ecclesiam sponsam suam prole multiplici fecundavit, ponens filios ejus sicut novellas olivarum in circuitu mensæ suæ, nos, quos ipse, licet immeritos, erexit de stercore, & de pulvere suscitavit, & Petri voluit solum obtinere, quamvis majoris auctoritatis viros, utpote cui tamquam capiti universa membra Ecclesiæ obsequuntur, in partibus Hispaniarum ad pacem inter Principes reformandam & dissolvendas colligationes iniquitatis destinare possemus, tibi tamen exemplo ejus qui elegit humilia, hoc onus sollicitudinis duximus injungendum, ut humiles humiliter foveas, & punias fortius contumaces. Sane ad audientiam nostram pervenit quod cariss. in Christo filius noster Rex Castellæ illustris Regi Legionensi, qui eum secundo gradu consanguinitatis contingit, filiam suam, neptim illius, ne copulare dicamus, supponere incestuose præsumsit, ponens carnem brachium suum, ac credens per ipsum persecutionem effugere iminentem; non attendens quod maledictus homo qui spem suam ponit in homine, & quod non est consilium contra Deum. Unde nos eorum utrique dedimus in mandatis, ut tam turpem contractum, abominabilem in conspectu Domini, & judicio fidelium detestandum, omni dilatione & excusatione postpositis, revocent, & universas colligationes impietatis dissolvant, quas inter se sub hujus incestus specie inierunt. Accepimus etiam, quod Rex Navarrorum treguas cum dicto Rege Castellæ initas fregit, & castelli fidelitatis per violentiam occupavit, propter quod a dilecto filio nostro G. S. Angeli diacono Card. tunc Apostolicæ sedis Legato excommunicationis in personam ejus, & in terram interdicti promulgata fuit sententia. Ideoque discretioni tuæ per Apostol. scripta mandamus, quatenus dictos Castellæ & Legionen. Reges ad revocandum contra-

ctum tam illicitum iuxta formam mandati nostri moneas diligentibus & indicas; & si super hoc (quod non credimus) fuerint contumaces, in personas eorum excommunicationis, & in terram interdicti sententias non differas promulgare; facturus eas usque ad satisfactionem congruam inviolabiliter observari. Super eo autem quod de Rege Navarræ dictum est, inquiras diligentius veritatem; & si sic inveneris, ut superius est expressum, latam in eum & terram ejus sententiam per totam Hispaniam publicari facias; nec eam, nisi sufficienti satisfactione recepta, relaxes. Quod si forsitan in eum vel regnum ejus dicta non fuit sententia promulgata; nihilominus tamen, si cum Saracenis contra Christianos, & præcipue contra dictum Regem Castellæ, sicut dicitur, conjuravit, anathematibus eum severitate percellas, & terram ejus usque ad dignam satisfactionem subicias interdicto. Volumus etiam nihilominus & mandamus, ut si dicti Castellæ & Legionensis Reges ad mandatum nostrum & ammonitionem tuam dictum contractum illicitum retractarint, eos, ut aliter inter se & cum Rege Portugaliæ honeste conveniant, & ceteros Reges, ut inter se pacis studeant foedera reformare (super quo te præcipue volumus esse sollicitum) per excommunicationis & interdicti sententiam, appellatione remota, cogere non omittas, sciturus nos universis Archiepiscopis & Episcopis Hispaniarum dedisse firmiter in mandatis, ut quidquid super prædictis, quidquid etiam contra Saracenos duxeris statuendum, recipiant humiliter, & observent. Nos enim sententiam, quam propter hoc in contumaces duxeris proferendam, ratam habebimus auctore Domino inviolabiliter observari. Verum quoniam sæpe dictus Card. in dictum Legionensem Regem & Astoricen. Salmantin. Legionen. & Zamoren. Episcopos excommunicationis sententiam promulgavit, & terram ipsius Regis supposuit interdicto, volumus

¹ Vease el cap. LXXXIV. y sig. de estas Memorias.

² Lib. I. Epist. Innocentii III. Ep. 58.

Edic. Baluz.

³ De relaxatione sententia quam Legatus

mus nihilominus & mandamus, ut tam a dicto Rege quam Episcopis ipsis standi mandatis apostolicis sufficienti cautione recepta, latam in eos excommunicationis & interdicti regni Legionen. sententiam, appellatione postposita, nostra fretus auctoritate relaxes, si cognoveris, quod super illicita copula nostris velit obedire mandatis. Quomnis enim dictos Episcopos punire graviter de rigore possemus, de mansuetudine tamen eos duximus tolerandos. Venerabilem autem fratrem nostrum Zamoren. Episcopum volumus pro absoluto haberi, utpote cui apud sedem Apostolicam constituto munus fecimus absolutiois impendi. Datum Romæ apud S. Petrum XVI. Kalend. Maji Pontificatus nostri anno I.

FRATRI RAINERIO.

Per alias litteras tibi mandasse meminimus, ut ab illustri Rege Legion. sufficienti cautione recepta quod Apostol. mandatis obediat, si cognoveris, quod super incestuosa copula nostro debeat parere mandato, & interdictum promulgatum in terram ipsius Apost. fretus auctoritate relaxes. Nos autem id ad majorem cautelam discretioni tue duximus committendum, ut tam in absoluteione ipsius, quam in relaxatione interdicti, sicut videris expedire, procedas. Datum Romæ apud S. Petrum XI. Kalend. Maji Pontificatus nostri anno I.

FRATRI RAINERIO.

Um venerabilis frater noster Oveten. Episcopus interdictum,

1 Lib. I. Epist. 93.

2 De eodem fere argumenta.

3 Lib. I. Epist. 125.

4 Ut curæ Ovetensem Episcopum a Rege Legionensi episcopo vestiret.

5 Lib. II. Epist. 75.

quod in Regnum Legionen. Apostolicæ sedis auctoritate prolatum fuerat, & ipse servaverit, & in sua diocesi fecerit observari, & propter hoc de Regno Legionen. exsilium coactus fuerit sustinere, justum non esset aliquatenus vel honestum, si de receptione ipsius in absoluteione Regis & Regni a te vel nullatenus vel nimis tepide tractaretur. Ideoque discretioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si juxta formam, quam tibi dedimus, Regem Legionen. duxeris absolvendum, ex debito præstite cautionis illi præcipias, antequam interdictum Regni relaxes, ut non impediatur, quominus dictus Episcopus suæ restituatur diocesi, & tam de damnis illatis, quam de fructibus inde perceptis recompensationem ei exhibeat competentem, & ei faciat ablata cum integritate restitui. Novetur autem nos eidem Episcopo de speciali gratia concessisse, ut cum Regni Legionen. relaxaveris interdictum, latam in suam diocesim interdicti sententiam, & hæcenus observatam, per se vel nuntium suum auctoritate nostra cum tuo consilio valeat relaxare. Unde nihilominus volumus & mandamus, ut prædictum Episcopum non impediatur, quominus secundum prædictam formam per se vel nuntium suum diocesim Ovetensem absolvat. Datum ut supra.

COMPOSTELANO ARCHIEP.
ET UNIVERSIS EPISCOPIS IN REGNO
LEGIONEN. CONSILIUTIS.

¶ Tsi necesse sit, ut scandala veniant, vix tamen est homini illi per quem scandalum venit. Quot enim turbationes & scandala diebus nostris orbi

6 Ut per excommunicationis & interdicti sententiam Rex Legionis & Regis Castellæ fletu, in gratia prohibito copulati, separantur. Cap. Esti necesse, de donat. inter vir. & uxorem.

supervenerint universo, hodie plus experimur in facto, quam scriptum reperimus in libro. Necesse est autem ut veniant scandala, non solum scilicet inevitabile, sed & utile: quoniam in quo deficit malus, proficit bonus, & aurum in fornace probatur. Inter cetera vero, in quibus scandalizatur hodie populus Christianus, præcipuum est persequutio paganorum, quæ tam in oriente, quam in occidente, peccatis exigentibus, invaluit ultra modum: contra quam utrobique simile quodammodo putaverunt remedium invenire; sed quia Deum ante suum non proposuerunt conspectum, quod inventum est in remedium, in periculum est conversum. Sane in oriente una duobus fuit incestuose conjuncta; in occidente vero unus sibi duas præsumsit jungere per incestum. Et incestui quidem in oriente commisso non solum consensus, sed & auctoritas clericorum ibi consistentium intercessit. Sed in detestabili copula in occidente contracta, licet non absque quorundam ecclesiasticorum virorum assensu fuerit forsitan attentata, auctoritas tamen ecclesiastica nullatenus intervenit. Volens autem Deus majus peccatum vindicare celerius, & a similibus alios deterrere, tam Conradum quondam Marchionem, qui Regiæ Hierosolymitanæ prius ad hæserat per incestum, gladio, quam Henricum quondam Campaniæ Comitum, qui ei & in culpa quodammodo & in poena successit, præcipitio, utrumque vero morte imprevisa peremit. Nondum autem in hujus iniquitatis auctores in occidente suam exercuit ultionem. Sed quanto longanimus sustinet, tanto forsitan severius vindicabit. Licet autem Apostolica sedes, quod super hoc fuerat in oriente commissum, propter malitiam temporis & persequutionem urgentem dissimulare sit visa, ad vindicandum tamen quod in occidente fuerat attentatum, rigore canonice districtiois est usa. Nam cum ad bonæ memoriæ Cælestini Papæ præde-

cessoris nostri audientiam pervenisset, quod Rex Legionen. filiam carissimam in Christo filii nostri Portugalliæ Regis illustris incestuose sibi præsumserat copulare, tam Regem ipsum Portugalliæ, quam incestuose conjunctos excommunicationis sententia innodavit, & Legionen. ac Portugalliæ Regna sententiæ suppositis interdicti: unde quod illegitime factum fuerat, est penitus revocatum. Verum dictus Rex Legion. ad deteriora manum extendens, sicut is, de quo dicit scriptura: *Vix homini illi qui post se trahit peccatum quasi longam restem, & impius cum venerit in profundum vitiorum, contemnit filiam carissimam in Christo filii nostri Regis illustris Castellæ, neptem videlicet propriam, impudenter sibi contra interdictum Ecclesiæ copulare præsumsit.* Quod cum ad nostram notitiam pervenisset, dilectum filium fratrem Rainerium, virum scientia & religione pariter reverendum, Deo & hominibus obtentu scientiæ & honestatis acceptum, in Hispaniam duximus destinandum, ut juxta verbum propheticum dissolveret colligationes impietatis, solveret fasciculos deprimentes: qui per Dei gratiam ab omni munere manus excussit; ita ut quod legitur, de ipso possit vere referri: *Non fuit qui divoverit Abraham.* Ipse igitur cum in Hispaniam pervenisset, dictum Regem Legionen. semel & iterum ex parte nostra commouit diligenter, ut a tam detestabili & nefanda copula resiliere, universis colligationibus dissolutis, quæ fuerant pro ipsa copula consumanda contractæ. Sed cum apud eum nihil prorsus monitis profecisset, certum ei diem assignavit & locum; & cum ipsum etiam ultra terminum expectasset, in eum se continuaciter absentantem juxta formam mandati nostri excommunicationis sententiam promulgavit, & Regnum Legionen. interdicto generali conclusit; in memoratum vero Regem Castellæ vel terram suam in nullo processit, cum idem Rex se mandatis ejus

jus exponere, & quod reciperet filiam suam, si sibi redderetur, proponeret assertive. Quod utrum ex animo fecerit, ille plenius novit qui scrutator est eorum & cognitor secretorum. Numerus autem venerabiles fratres nostri Tolitanus Archiepiscopus, & Episcopus Palentinus ex parte ipsius Regis Castellæ, & ex parte Legionen. venerabilis frater noster Zamorensis Episcopus, ad sedem Apostolicam accedentes, postulabant, ut cum eodem Rege Legion. & filia dicti Regis Castellæ deberemus super tam incestuosa copula dispensare. Propter quod, nisi specialis illa gratia, quam ad devotionem dicti Regis Castellæ habemus, motum nostri animi temperasset, in ipsos ita curassemus severitatem ecclesiasticam exercere, quod nulli de cetero temporibus nostris ad nos repudiatas toties & damnatas petitiones afferrent; cum ipsi etiam noverint, quod id ab eodem prædecessore nostro sapius postulatum fuerit, & ab eo inhibitum, non indultum. Tandem vero intelligentes Archiepiscopus & Episcopi memorati, quod non solum indulgentiam super hoc a nobis, sed vix etiam possent a nobis audientiam impetrare, interdictum in terram dicti Regis Legionen. prolatum tandem a nobis postulavere remitti, asserentes quod ex eo triplex toti Regno periculum ab hæreticis, Saracenis & christianis etiam imminerebat. Ab hæreticis: quia cum per interdictum ipsum clausa essent in partibus illis ora pastorum, non poterant fideles per eos contra hæreticos instrui, & ad resistendum eis aliquatenus informari. Unde cum ex hoc, tum quia Rex Legionen. ab Ecclesia se asserens aggravatum, eis minime resistebat, inualescebant contra fideles hæretici, & in Regno ipso hæreses variae pullulabant. A Saracenis: quoniam cum per exhortationes & remissiones Ecclesiæ Hispaniarum populus consuevisset ad expugnationem paganorum induci, cessante prædicatorum officio, populi e-

tiam devotio tepescebat: quia cum se cum Principe suo, quoad interdictum, eidem videret poenæ subiectum, a culpa, cui vel tacendo consenserat, forte se non credebat immunem: propter quod minus circa debellationem Saracenorum fervebat, ne decederet in peccato. A Catholicis: quia cum Clerici laicis spiritualia ministrare non possent, laici Clericis temporalia subtrahebant, oblationes, primitias & decimas detinentes: unde cum Clerici ex his pro majori parte in partibus illis consueverint sustentari, eis substractis, non solum mendicare, sed fodere, & servire Judeis in Ecclesiæ & totius Christianitatis opprobrium cogebantur. Videbatur autem difficile petitioni eorum annuere & sententiam ex animo ordine & causa latam canonicè sine satisfactione congrua relaxare. Ex animo siquidem: quia, sicut Deus perhibet testimonium conscientiæ nostræ, ad hoc non nisi iustitiæ & honestatis obtentu processimus; cum ex contrario potius contra nos oriri præsumptio potuisset, si tam detestabile facinus duxissemus in patientia tolerandum. Ex ordine: quia dictus frater R. post commotiones & dilaciones legitimas, tandem districtione percussit ecclesiastica contumacem. Ex causa; exemplo divino videlicet & humano: divino, quia cum David in populi numeratione peccasset, Dominus in populum vasa sui furoris effudit. Unde idem David dixisse legitur, peccatum suum Domino confitendo: *Ego sum qui peccavi, ego qui inique egi. Isti qui oves sunt, quid fecerant? Auferatur, obsecro, facies tuâ, Domine: a populo tuo; humanos; cum jam dictus prædecessor noster (ut non longe petantur exempla) in prædictos Portugallie & Legionen. Reges, & Regna ipsorum prædictas sententias curaverit promulgare. Esset insuper res mali exempli: quia si forsitan in alia Regna similem nos contingeret promulgare sententiam, similis a nobis gratia peteretur: quam si forsitan nega-*

re-

remus, apud nos esse videretur acceptio personarum. Ex hoc etiam de nobis posset apud aliquos oriri suspicio, præsumptibus forte quibusdam, quod ad id moveremur ex causa latenti. Licet igitur ex causis præmissis non videretur dicta petitio admittenda, quia tamen, ubi est multitudo in causa, detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sanæ caritas sincera subveniat, in eo ad petitionem prædictorum Archiepiscopi & Episcoporum gratiam de communi fratrum nostrorum consilio duximus faciendam, ex quo videbantur impedimenta expressa superius provenire. Relaxavimus ergo non in totum, sed in una parte solummodo, interdictum; nec perpetuo, sed ad tempus, quamdiu scilicet nobis placuerit, & viderimus expedire: ut probemus interim spiritus, si ex Deo sint, & an (sicut idem Archiepiscopus & Episcopi asseverant) sperata inde utilitas sequeretur; sic videlicet, ut in Regno ipso divina celebrentur officia; sed decedentium corpora sepultura ecclesiasticæ non tradantur: in quo tamen Clericis gratiam facimus specialem, in eo videlicet, ut in cœmeterio ecclesiastico, cessante solemnitate solita, tumultentur. Quod licet aliquibus posset absonum forte videri, ut officio restituta sepultura ecclesiastica denegetur, quia juxta canonicas sanctiones, cui communicavimus vivo, communicare deberemus & mortuo; recte tamen intelligentibus nihil ex hoc incongruitatis occurrit, cum juxta Lateranens. instituta concilii decedentes ex torquentis, etsi per poenitentiam reconcilientur Ecclesiæ, christiana tamen sepultura priventur. Ut autem non remittere poenam, sed commutare potius videamur, dictum Regem Legionen. & memoratam filiam Regis Castellæ, ac omnes principales eorum consiliarios & fautores excommunicationis curavimus sententia innodare; mandantes

ut ad quamcumque civitatem, oppidum, vel villam devenierint, nullus ibidem eis præsentibus divina præsumat officia celebrare. Dicto autem Regi Castellæ & carissimæ in Christo filiæ nostræ Regiæ uxori ejus dabimus in mandatis, ut quod stent mandatis nostris, juramentum exhibeant cautionem, & vel extrimpant in juramento quod ad dissolutionem tam illegitimam copulam dent operam efficacem; vel id nos eis facimus, præstito juramento, mandari; nec credimus quod semper hoc se aliquatenus nobis exhibeant contumaces, cum, quod starent mandatis Ecclesiæ, in manibus prædicti fratris R. (sicut ex literis ejusdem Regis apparet) firmiter promississent, & impedissent causam sufficientem ad copulam hujusmodi consummandam. Quod si forsitan (quod non credimus) mandatis nostris noluerint obedire, ipsos & principales eorum consiliarios & fautores excommunicari mandavimus, & quocumque devenierint, divina prohibebimus officia celebrari, ut sic saltem ad mandatum Ecclesiæ revertantur, juxta quod legitur in Psalmista: *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine.* Quia vero castra quædam, quæ idem Rex Legionen. dictæ filiæ Regis Castellæ in dotem tradidisse proponitur, ita ut si eam aliqua occasione relinqueret, ipsa cederent in jus ejus, impedimentum præstare videntur hujusmodi copulæ dissolvendæ, cum castra ipsa non tam ob turpem, quam ob nullam potius causam sint data, utpote cum inter eos matrimonium non existat, & ideo nec dos, nec donatio propter dotem, ne ad commodum ei cedat, quod debet in poenam ejus potius retorqueri; castra ipsa restitui volumus, & ad id puellam ipsam per excommunicationis sententiam coartari; auctoritate Apostolica decernentes, ut si ex tam incestuosa & damnata copula proles est, vel

M 2

fue-

fuert quæcumque suscepta, spuria & illegitima penitus habeatur, quæ secundum statuta legitima in bonis paternis nulla prorsus ratione succedit. Quod si nec predictæ Rex Legionensis, & filia Regis Castellæ a se invicem juxta mandatum Apostolicum discedere maturarint, in eos districtiorem curabimus gravissimam exeregere, quam ad cautelam presentibus non dudum litteris explicandam. Ideoque fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus & districtè præcipimus, quatenus factam vobis ab Apostolica sede gratiam gratius prosequentes, sic utramque permissione nostra in celebrandis officiis, ut decedentium corpora, nisi Clerici fuerint, tumulare nullatenus præsumatis. Si quos autem post latam in Regnum ipsum sententiam interdicti ante susceptionem presentium divina inveneritis officia celebrasse, singuli vestrum in sua diecesi talium præsumptionem auctoritate freti Apostolica,

sublato appellationis obstaculo, canonica districtione percillant. Si vero aliquis vestrum, fratres Episcopi, in hoc deliquerit, excepto Salmantiniensi, cuius correctionem sedi Apostolicæ reservamus, tu, frater Archiepiscopo, animadversione ipsum canonica non differas castigare. Volumus autem nihilominus, & districtè vobis præcipiendo mandamus, quatenus ad quæcumque civitatem, villam, oppidum, vel Ecclesiam dictus Rex Legionen. & supra dicta filia Regis Castellæ, vel principales fautores & consilarii eorum, forte devenierint, divina ibidem officia, quamdiu ipsi præsentibus fuerint, nullatenus celebrentur. Si quis autem contra hoc venire præsumserit, divina eius officia celebrando in civitatibus, villis, castellis, oppidis, aut Ecclesiis, vel ubicumque ipsis presentes extiterint, vos temeritatem ipsorum, appellatione postposita, non differatis canonica districtione ferire. Datum Laterani &c.



INNOCENTII III. EPISTOLAE.

3 ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS

PER HISPANIAM CONSTITUTIS.

4 Significavit nobis dilectus filius Ferdinandus primogenitus carissimi in Christo filii nostri Aldefonsi illustris Regis Castellæ, quod ipse militia suæ primitias omnipotenti Deo desiderans dedicare, ad exterminandum inimicos nominis Christiani de finibus hereditatis ipsius, quam impie occuparunt, intentionis studium toto conamine sagit impertiri, suppliciter postulans & devote requirens, ut ei ad hoc opus fideliter consummandum & nos ipsi Apostolicum impendamus suffragium, & ab aliis faciamus opportunum subsidium exhiberi. Nos igitur pium ejus propositum in Domino commendantes, fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Reges & Principes vestros, qui non sunt cum illis ad treguas observandas adstricti, ad opus simile peragendum sedulis exhortationibus inducat, monentes ex parte Dei & nostra subditos vestros, & in remissionem eis omnium peccaminum injungentes, quatenus tam præfato primogenito Regis Castellæ, quam alii Regibus & Principibus vestris ad hoc opus salubriter intendentibus necessarium impendant auxilium in rebus pariter & personis; ut per hæc & alia bona quæ fecerint, caelestis regni gloriam consequi mereantur. Pari quoque

remissione gaudere concedimus peregrinos, qui propria devotione undecumque processerint ad idem opus fideliter exsequendum. Taliter autem studeatis exsequi quod mandamus, ut sollicitudo vestra careat in effectu, nosque devotionem vestram valeamus merito commendare. Datum Laterani IV. Idus Decembris, anno XIII.

5 ARCHIEPISCOPO TOLETANO, ET TIRASONENSI, COLIMBRIENSI, ET ZAMORENSI EPISCOPIS.

6 Significavit nobis dilectus filius Ferdinandus primogenitus, &c. ut supra lib. XIII. Ep. C. LXXXIII. usque exhortationibus inducere minime postpositis, monentes ex parte Dei & nostra subditos vestros, in remissionem eis omnium peccaminum injungendo, ut tam præfato primogenito Regis Castellæ, &c. usque exsequendum. Ceterum ne ipsius F. laudabile propositum ab aliquo possit temere impediri, presentium vobis auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus, si forte aliquis Regem Hispaniæ, cum quo prædictus Rex Castellæ treguam vel pacem firmavit, tempore, quo idem Rex vel filius ejus Saracenos impugnant, ipsum præsumserit violare, vos eum per censuram eccle-

1. Vasee el cap. CVII. y sigg. de estas Memorias.

2. Desumtae sunt sequentes epistolae ex Innocentii III. epistolis ab Stephano Baluzio Turicensi editis Parisiis an. M. DC. LXXXII. fol. II. voll.

3. To. II. Epis. 183. pag. 493. lib. XIII.

4. De subsidio prestando Regibus adversus Saracenos. V. I. II. Miscellaneorum. postuar. p. 251.

5. Lib. XIV. Epist. 3. pag. 508.

6. De subsidio prestando Regibus adversus Saracenos.

ecclesiasticam, sublato appellationis obstaculo, compescatis. Datum Laterani VIII. Kal. Martii, Pontificatus nostri anno XIV.

In hunc etiam fere modum scriptum est pro carissimo in Christo filio Petro illustri Rege Aragonum quibusdam Prelatis Hispanie. BALUZ.

ALDEFONSO
ILLUSTRI REGI CASTELLAE.

Cum personam tuam inter Christianissimos Reges & catholicos Principes specialis dilectionis prerogativa in Domino amplexamur, preces ac petitiones tuas, in quibus possumus, libenti animo exaudimus, & ad ea gratanter intendimus, quae serenitati Regiae novimus placere. Sane vientem ad Apostolicam sedem dilectum filium Palentinum electum nuntium tuum, vivum utique providum & honestum, benigne recepimus, & petitiones, quas nobis ex parte tua porrexit, libenti animo curavimus promovere. Super eo autem quod ex parte tua Legatum requisivit a nobis ad partes Hispaniae destinandum, ad praesens propter tempora impacata nequivimus Regiae satisfacere voluntati; sed, opportunitate accepta, petitioni Regiae dante Domino satisfiet. Nos vero, ne laudabile tuum & F. filii tui propositum valeat ab aliquibus aliquatenus impediri, venerabili fratri nostro Archiepiscopo Toletano, & Zamorensi, Tirasonensi, & Colimbiensi Episcopis nostris damus litteris in mandatis, ut si quis Regum Hispaniae, cum quo treguam vel pacem firmasti, tempore quo tu, vel filius tuus Saracenos impugnat, ipsam praesumerit violare, ipsi eum per censuram ecclesiasticam, sublato appellationis impedimento, compescant. Monemus igitur serenitatem Regiam attentius & hortamur, quatenus in devotione nostra & sacrosanctae Romanae Ecclesiae matris tuae firmiter perseveres: quia nos in his, quae a nobis secundum Deum duxeris postulanda, Regiae serenitati assensum Apostolicum libenti animo impendemus. Datum Laterani VIII. Martii, Pontificatus nostri anno XIV.

1 Ibidem Epist. IV.

2 Super eodem argumento.

3 Ibidem Epist. V.

4 Super eodem argumento.

nitatem Regiam attentius & hortamur, quatenus in devotione nostra & sacrosanctae Romanae Ecclesiae matris tuae firmiter perseveres: quia nos in his, quae a nobis secundum Deum duxeris postulanda, Regiae serenitati assensum Apostolicum libenti animo impendemus. Datum Laterani VIII. Martii, Pontificatus nostri anno XIV.

3 FERDINANDO

PRIMOGENITO CARISSIMI IN CHRISTO
FILII NOSTRI A. ILLUSTRI
REGIS CASTELLAE.

Cum personam tuam inter christianissimos Principes speciali prerogativa in Domino amplexamur, preces ac petitiones tuas, in quibus possumus, libenti animo exaudimus, & ad ea gratanter intendimus, quae devotioni tuae novimus complacere. Sane vientem ad Apostolicam sedem, & ut in alia usque promovere. Nos vero ne laudabile tuum & patris tui propositum valeat ab aliquibus aliquatenus impediri, & c. usque Hispaniae, cum quo idem pater tuus treguam vel pacem firmavit, tempore quo ipse vel tu Saracenos impugnat, & c. usque compescant. Monemus igitur discretionem tuam, & c. ut in alia usque postulanda, tibi assensum Apostolicum libenti animo impendemus. Datum Laterani VIII. Kal. Martii, Pontificatus nostri anno XIV.

ILLUSTRI REGI
CASTELLAE.

Cum personam tuam inter catholicos Reges speciali diligamus in Domino caritate, in his, quae secundum Deum requirit a nobis, favorem tibi Apostolicum libenti animo impertimur. De

5 Lib. XIV. Epist. 154. p. 583.

6 Consultur eum in tribulatione sua, &

dat indulgentias.

De infortuniis ergo, quae super serenitati Regiae acciderunt, paterno tibi condolemus affectu. Et ut favorem Apostolicum excellentiae Regiae sentias non desesse, iuxta petitionem tuam & instantium dilecti filii Segobiensis electi nuntii tui, qui circa promotionem ejusdem aegotii existit sollicitus & attentus, Archiepiscopo & Episcopis per regnum Franciae ac Provinciam constitutis, nostris damus litteris in mandatis, ut subditos suos sedulis exhortationibus monent & inducant, in remissionem omnium peccatorum ex parte Dei, & nostra vere poenitentibus injungentes, ut cum Saracenis in octavis Pentecostem proximo affuturis campestre bellum indixeris, in hoc tibi necessitatis articulo succurrentes, necessarium impendant auxilium in rebus pariter & personis; ut per haec & alia quae fecerint, caelestis regni gloriam consequantur. Pari quoque remissione gaudere concedimus peregrinos, qui propria devotione undecumque processerint ad idem opus serenitatem Regiam & hortamur, quatenus totam spem tuam ponas in Domino Deo tuo, te humiles coram ipso, qui gratiam suam dat humilibus, & reddit retributionem superbis; quia potens est ut te faciat de inimicis Crucis Christi magnifice triumphare. Ceterum quia nunc fere totus mundus turbatus est, & positus in maligno, consilium & monemus, ut, si competentes treguas inveneris, ipsas recipias, donec opportunius tempus adveniat; quo ipso valeas securius expugnare. Datum Laterani II. Nonis Februarii, Pontificatus nostri anno XIV.

SENONENSIS ARCHIEPISC.

ET SUPPRAGANATIS EJUS.

Recepimus litteras dolore plenas &

timore non vacuas, quibus ca-

risimus in Christo filius noster Alfonso Rex Castellae illustris significare curavit, quod Saraceni hoc anno intrantes Hispaniam in multitudine gravi, quoddam castrum Cisterciensis ordinis fratrum, quod Salvaterra vocatur, hostiliter obsederunt, quod bellis machinis infestantes ad ultimum occuparunt. Attendens ergo praefatus Rex, quod nisi eis campestri bello fortiter resistatur, ipsi tum propter innumerabilem multitudinem personarum, tum propter irruptionem machinarum durissimam, universas munitiones suas desint nefandae subicere ditioni, campestre illis bellum indixit in octavis Pentecostem proximo affuturis, eligens mori potius quam Christianae gentis mala videre. Unde nobis humiliter supplicavit, quatenus ei necessarium faceremus auxilium impertiri per catholicam fidei professores. Nos igitur piam ejus propositum in Domino commendantes, fraternitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus subditos vestros sedulis exhortationibus moneatis, in remissionem omnium peccatorum ex parte Dei & nostra vere poenitentibus injungentes, ut ei praescripto termino in hoc necessitatis articulo succurrentes, necessarium impendant auxilium in rebus pariter & personis; ut per haec & alia bona, quae fecerint, caelestis regni gloriam consequi mereantur. Pari quoque remissione gaudere concedimus peregrinos, qui propria devotione undecumque processerint ad idem opus fideliter exsequendum. Taliter autem studentis exsequi quod mandamus, ut sollicitudo vestra clareat in effectu, nosque devotionem vestram valeamus merito commendare. Datum Laterani II. Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno XIV.

TO-

3 Vide Rodericum Tolet. lib. VII. cap. 35. 36. & c. lib. VIII. cap. 2. & scqq.

1 Eod. Lib. XIV. Epist. 155. bcd.

2 Super eodem argumento.

TOLETANO ET COMPOSTELANO ARCHIEPISCOPIS.

Quanta nunc necessitas terre Hispaniarum imminet, eo plenius prudentia vestra novit, quo ipsam vicinius experitur. Ea propter fraternitati vestre per Apostolica scripta mandamus, & districte precipimus, quatenus Reges Hispaniarum moneatis prudenter, & efficaciter inducatis, ut pacem aut treguam servent adinvicem illibatam, præsertim hac imminenti Saracenorum guerra durante; ad quod eos per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, si necesse fuerit, compelli volumus & mandamus; quin etiam mutuam auxilium sibi præstent adversus Crucis dominicæ inimicos, qui non solum ad destructionem Hispaniarum aspirant, verum etiam in aliis fidelium Christi terris comminatur suam sævitiam exercere, ac nomen, quod absit, si possint, opprimere Christianum; auctoritate nostra tam ipsis Regibus, quam aliis Christianis omnibus sub poena excommunicationis & interdicti firmiter inhibentes, ne se præsumant jungere Saracenis, vel contra Christianos illis consilium vel auxilium impertiri. Quod si forte Rex Legionensis, de quo specialiter dicitur, sive alius, cum Saracenis offendere præsumerit Christianos, denuntiatis, sublato appellationis obstaculo, personam ipsius excommunicationis vinculo innodatam, & interdicto suppositam terram ejus; hominibus suis, ne in hoc sequantur eundem, sub interminatione anathematis inhibentes; denuntiare nihilominus Reges alios, & quoslibet Christianos, ac terras eorum, eisdem sententiis subjicere, si forsitan ipsi præfatum Regem offendere attentarint, homines eorundem ad ipsorum sequela prohibitionem consimili retrahendo. Præterea ex parte no-

stra injungatis eisdem, ut si aliquas habent adinvicem questiones, propter instantem necessitatem illas ad tempus persequi differant, & tempore opportuno, cum potentes existant, ad præsentiam nostram tam procuratores; quam testes, & alia quæ ad causam fuerint necessaria destinantes, suam coram nobis justitiam prosequantur, cum per alios ortu inter eos, quamquam multoties sit tentatum, terminari nequeant questiones, & nos ipsis Deo auctore curabimus justitiæ plenitudinem exhibere. Sic autem præceptum Apostolicum circumspecte persequamini ac districte, ut sollicitudo & diligentia vestra clareant in effectu, & reprehendi merito non positus de negligentia vel contemtu, sed de studio & obedientia potius commendari. Datum Laterani Non. April. Pontificatus nostri anno XV.

INDICITUR SUPPLICATIO GENERALIS.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Quarta feria infra octavam Pentecostes fiat generalis processio virorum ac mulierum pro pace universalis Ecclesie ac populi christiani, specialiter autem ut Deus propitius sit illis in bello, quod inter ipsos & Saracenos dicitur in Hispania committendum; ne det hereditatem suam in opprobrium, ut dominentur eis nationes. Et ad hanc processionem omnes omnino moneantur venire, nec ab ea se quisquam excuset præter illos, qui habent inimicitias capitales. Summo itaque mane conveniant mulieres apud Sanctam Mariam Majorem; clerici vero apud basilicam duodecim Apostolorum, & laici apud Sanctam Anastasiam; & post collectas, pulsatis simul istarum Ecclesiarum campanis, procedant omnes in campum Lateranensem hoc or-

1. Lib. XV. Epist. 17. De bello aduersus Saracenos.

3. Eodem lib. pag. 685.

Mulieres omnes, & solas præcedat Crux dominica S. Mariæ Majoris; & in prima parte processionis sint sanctimoniales, in ultima vero reliquæ mulieres; quæ sine auro & gemmis & sericis indumentis procedant, orando cum devotione ac humilitate, in fletu & genuit, nudis pedibus omnes quæ possunt; & per Merulam. & ante Sanctum Bartholomæum veniant in campum Lateranensem, & collocent se ante Felloniam, in silentio permanentes. Clericos autem Crux fraternitatis præcedat; & in prima processionis parte sint Monachi & Canonici regulares, in ultima vero Rectores & ceteri clerici procedentes prædicto modo; & per viam majorem & arcum Basilii veniant ante palatium Episcopi Albanensis, & ibi directe in medio campi se collocent. Laicos autem præcedat Crux dominica Sancti Petri; & post illam sequantur primi Hospitalarii, & postremi ceteri laici, sicut præscriptum est, incedentes, & ante S. Nicolaum de Formis in campum veniant, & collocent se ab altera parte. Interim vero Romanus Pontifex cum Episcopis & Cardinalibus & Capellanis ingrediatur basilicam, quæ dicitur Sancta Sanctorum, & inde reverenter assumpto ligno vivificæ Crucis, processionaliter veniat ante palatium Episcopi Albanensis, & sedens

in scalis exhortatorium faciat sermonem ad populum universum. Quo finito, mulieres, sicut processionaliter venerant, ita procedant ad basilicam Sanctæ Crucis; & ibi presto sit Presbyter Cardinalis, qui celebret sit Missam, dicendo illam orationem: *Omnipotens sempiternus Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, &c.* Et sic ipsæ mulieres in pace ad propria revertantur. Romanus autem Pontifex cum Episcopis & Cardinalibus & Capellanis per palatium descendat in Lateranensem basilicam. Clerici vero per porticum, & laici per burgum ingrediuntur in illam; & celebrata venerabiliter Missa, ipsi cum omnibus nudis pedibus procedat ad Sanctam Crucem, ita quod eum præcedant Clerici, & laici subsequantur; & facta oratione, unusquisque revertatur ad sua. Jejunetur autem ab omnibus, ita ut nemo præter infirmos comedat pisces aut quodcumque pulmentum, sed qui possunt, pane sint & aqua contenti; qui vero non possunt, bibant vinum bene lymphatum, & modice sument, & vescantur herbis & fructibus, aut etiam leguminibus; omnesque aperiant manus & viscera indigentibus; ut per orationem, jejunium & elemosynam misericordia conditoris reddatur populo christiano placata.



XII.

ALFONSI
CASTELLAE ET TOLETI REGIS
EPISTOLA.

DOMINO PAPAE.

Sanctissimo Patri ac Domino Innocentio Dei gratia summo Pontifici Aldefonso eadem Rex Castellae & Toleti, cum osculo manuum atque pedum, salutem. A sanctitate vestra credimus non excidisse propositum impugnandi Saracenae gentis perfidiam vobis per nostros nuntios devote & humiliter intimasse, in omnibus tamquam patris & domini vestrum subsidium expectantes, quod sicut a patre pio nos recognoscimus benigne & pie pariter impetrasse. Quocirca cum litteris vestris nuntios nostros, quos ad hoc exsequendum idoneos reputavimus, ad partes Franciae non distulimus destinare; addentes etiam, ut omnibus militibus venientibus ad bellum, & omnibus servientibus, prout decebat, expensas victui necessarias largiremur, quibus possent commode sustentari. Unde fuit, quod audita remissione peccatorum, quam vos venientibus indulistis, venit magna multitudo militum de 3 transmontanis partibus, necnon & Archiepiscopi Narbonensis & Burdegalensis, & Episcopus Nannetensis. Fuerunt qui venerunt usque ad duo millia militum cum suis armigeris, & usque ad decem millia servientium in equis, & usque ad quinquaginta millia servientium sine equis;

quibus omnibus nos oportuit in victualibus providere. Venerunt etiam illustres amici nostri & consanguinei Rex Aragonum & Rex Navarrae cum potentatu suo in fidei catholicae auxilium & juvamen; quibus nobiscum aliquanto tempore apud Toletum facientibus moram, (expectabamus quippe homines nostros, qui venturi erant ad bellum) omnia necessaria, prout per nuntios nostros promisimus, non defecimus ministrare, licet expensae essent propter sui multitudinem nobis & Regno nostro fere importabiles & onerosae. Non enim solum in iis, quae promiseramus, verum etiam in pecuniis specialiter & in dextrariis, quibus fere omnes tam militibus, quam servientes pariter indigebant, nos oportuit providere. Sed Dominus, qui multiplicat incrementa frugum justitiae, ministravit nobis abunde securitatem suae gratiae largitatem, & dedit omnia posse perficere perfecte pariter & abunde. Congregata itaque nostra & suorum multitudine, viam Domini cepimus proficisci; & venientes ad turrim quamdam, quae 4 Magalon nuncupatur, satis munitam, ultramontani antequam nos pervenerunt per unum diem, & illam cum Dei auxilio impugnantem in continenti coeperunt. Licet autem nos eis in omnibus necessariis lar-

1 Ibid. Epist. 182.
2 De *victoria Alfonsi Regis a Saracenis repulsa.*

3 Vide Roderic. Tolet. lib. VIII. cap. 1. 2.
4 Ibid. cap. V.

largissime provideremus, ipsi tamen attendentes laborem terrae, quae deserta erat, & aliquantulum calida, voluerunt a cepto proposito retroire, & ad propria remeare. Tandem ad magnam instantiam nostram & Regis Aragonum processerunt usque ad 2 Calatravam, quae non distabat a praedicto castro nisi per duas leugas; camque nos ex parte nostra, & Rex Aragonum ex sua, & ipsi ex sua in Dei nomine cepimus expugnare. Saraceni autem, qui intus erant, attendentes se Dei exercitui non posse resistere, disposuerunt villam nobis tradere, ita quod personae eorum salvae discederent, verumtamen sine rebus; cumque nos istud nulla ratione vellemus acceptare, Rex Aragonum & transmontani habentes super hoc consilium, viderunt villam esse munitam muris & antemuralibus, profundis fossatis & excelsis turribus, & quod non posset capi, nisi suffoderentur muri, & sic ruerent, quod cederet in grave damnum fratribus Salvaterrae, quorum fuerat; & non posse, si necessitas incumberet, retineri. Unde apud nos institerunt firmissime, ut villa salva & integra cum armis & magna copia victualium, quae ibi erant, quibus satis indigebat exercitus, nobis redderetur, & personae Saracenorum vacuae & inermes recedere permitterentur. Nos autem attendentes eorum in hoc firmam voluntatem, votis eorum annuimus, ita quod medietas omnium eorum, quae intus habebantur, cederet in partem Regis Aragonum, & alia medietas in partem ultramontanorum; & nec nobis, nec nostris aliquid volumus retinere. Ipsi autem propositum repariandi apud se retinentes, licet Dominus Deus nobis exhiberet gratiam & honorem, & nos vellemus omnibus eis sufficientissime necessaria ministrare, desiderio patriae coacti, omnes pariter signo Crucis relicto, cum

Archiepiscopo Burdegalensi & Episcopo Nannetensi, licet certitudinem de bello Saracenorum haberemus, ad propria redierunt; exceptis admodum paucis, qui remanserunt cum Archiepiscopo Narbonensi, & Tibaldo de Blazon, qui 2 naturalis noster erat, cum suis & quibusdam aliis militibus, qui erant de 3 Castavia; & ii omnes, qui remanserunt, vix erant inter milites & servientes centum quinquaginta; de pedibus autem eorum nullus remansit. Cumque Rex Aragonum apud Calatravam moram faceret expectando quosdam milites suos, & Regem Navarrae, qui nondum ad nos pervenerat, nos cum nostris processimus, & pervenimus ad quoddam castrum eorum, quod Alarcos dicitur. Illud castrum, licet bene munitum esset, cepimus, & alia tria castra, quorum unum dicitur Caracovia, aliud Benaventum, & aliud Petrabona. Inde procedentes pervenimus ad Salvaterram; ibique pervenerunt ad nos Rex Aragonum, qui de suis hominibus non duxit in exercitum nisi tantum milites generosos, & Rex Navarrae, qui similiter vix fuit in exercitu de suis plusquam ducentis militibus comitatus. Et quia Rex Saracenorum in vicino erat nobis, Salvaterram nolimus expugnare; sed procedentes contra Saracenorum multitudinem, pervenimus ad quendam montanum, in quibus non erat transitus aliquis, nisi in certis locis. Cumque nos essemus ad pedem illius montis ex parte nostra, Saraceni venientes ex parte alia obtinuerunt summitatem montis, volentes nobis transitum impedire. Sed milites nostri ascendentes viriliter, quia adhuc pauci Saraceni ad locum illum pervenerant, eos cum Dei auxilio viriliter expulerunt, & castrum quoddam munitum, quod propter transitum impediendum Saracenorum Rex construxerat, ceperunt, quod 3 Ferrat dicitur.

N 2 quo

1 Vide to. V. Duchesni p. 42. 6. & seq.
2 Id est, natione Hispanus, ut scribit

Rodericus Tolet. lib. VIII. cap. 6.
3 Ferrat apud Rodericum.

quo occupato, exercitus Domini securre potuit ad cacumina montis ascendere, ubi multum laboravit propter defectum aquarum & loci ariditatem. Saraceni autem videntes quod transitum illum occupare non possent, alium transitum, qui erat in descensu montis, arctissimum & inivium occuparunt. Talis quippe erat, quod ille homines possent defendere omnibus hominibus, qui sub cælo sunt, & juxta transitum illum ex altera parte erat totus Saracenorum exercitus, & sua tentoria jam fixa. Cumque nos ibi facere moram ob defectum aquæ non possemus, nec procedere propter transitus difficultatem, quidam ex nostris consulerunt, quod iterum ad pedem montis descenderemus, & alium transitum ad duas vel tres dietas quaeremus. Nos autem attendentes fidei periculum, & personæ nostræ dæducus, noluimus huic parere consilio, eligentes potius in difficultate transitu mori pro fide, quam facilitate transitum quaerendo qualitercumque in fidei negotio retroire. Cumque jam quidem propositum firmassemus, ad indicium cuiusdam rustici, quem Deus nobis ex insperato misit, in eodem loco alium transitum satis facilem magnates nostri, qui primos ictus in bello habituri erant, invenerunt, & in quodam loco exercitui eorum vicino, licet aridus esset & siccus, Saracenis hunc transitum ignorantibus, tentoria posuerunt. Quod cum Saracenorum exercitus attendisset, processit, ut mansionem illam impediret. Nostri autem, licet pauci essent, se viriliter defenderunt. Nos autem & Rex Aragonum & Rex Navaræ armati cum militibus nostris in loco primæ mansionis, quæ erat in summirate montis, expectavimus, donec totus exercitus Domini pervenit secure ad locum ubi anteriores nostri castra metati sunt; & ita dante Domino factum est, quod licet

¹ Rodericus Tolet. lib. VIII. cap. 7. 8.

via esset invia & inaquosa, lapidosa & nemorosa, nihil de nostris amisimus. Hoc autem factum est die sabbathi XVIII. Kalend. mensis Augusti. Circa serotinam vero horam Saraceni attendentes, quod omnia tentoria nostra tute fixeramus, dispositis aciebus suis, venerunt ante loca castrorum, & ibidem quædam preludia belli in modum torneamenti cum nostris exercuerunt. Sequenti autem die dominica summo mane venit Saracenus cum infinita multitudo, dispositis aciebus suis. Nos autem volentes considerare multitudinem gentis suæ, & dispositionem & statum, & qualiter in omnibus se haberent, habito prudentum virorum consilio, & in iis exercitorum, expectavimus usque ad sequentem diem lumen. Ipsi autem sic existentibus, posuimus milites nostros cum peditibus, ut extremos agminis nostri non possent in aliquo molestare; quod quidem divina operante gratia sic evenit. Sequenti die, scilicet secunda feria, omnes in Dei nomine armati processimus, dispositis aciebus, cum eis pro fide catholica pugnaturi. Ipsi autem promontoria quædam obtinuerunt valde ardua & ad ascendendum difficilia propter nemora, quæ inter nos & ipsos erant, & propter alveos torrentium profundissimos; quæ omnia nobis erant magno impedimento, ipsis vero maximo expedito. Verumtamen ille, a quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, fecit mirabiliter; & direxit manus sui exercitus contra inimicos suos, & anteriores nostri, necnon & medii multas acies eorum, quæ in minoribus promontoriis existebant, in virtute Crucis dominicæ prostraverunt. Cum autem pervenissent ad extremam aciem eorum, infinitæ siquidem multitudinis, in qua Rex Carthaginis erat, ibidem difficillimos conflictus militum, peditum & sagittariorum invenerunt; quos sub maximo periculo, & vix, immo etiam

iam jam non poterant tolerare. Nos autem attendentes bellum illud eis omnino importabile, ¹ impetu equorum processimus, signo Crucis Dominicæ præeunte, & vexillo nostro, in quo erat imago beatæ Virginis, & Filii sui in signis nostris superposita. Cumque nos jam pro fide Christi mori constanter eligeremus, attendentes Crucis Christi, & imaginis suæ Matris ignominiam, quas lapidibus & sagittis irruere impetebant, in arma furentes aciem illorum infinitæ multitudinis divisimus; & licet ipsi essent constantes in bello, & firmi super domino suo, Dominus illorum infinitam multitudinem Crucis suæ gladio trucidavit; & sic Rex Saracenorum cum paucis in fugam conversus fuit. Sui autem impetus nostros interim sustinebat, sed statim post maximam stragem suorum reliqui in fugam conversi sunt. Nos autem insequentes eos usque ad noctem, plures tamen insequendo interfecimus quam in bello; & sic bellum Domini a solo Domino & per solum Dominum est feliciter consummatum. Deo autem honor & gloria, qui Cruci suæ dedit victoriam per Jesum Christum Dominum nostrum. Fuerunt autem milites Saraceni, ut postea vera relatione didicimus a quibusdam domesticis Regis Saracenorum, quos captivos cepimus, C. LXXXV. millia, peditum vero non erat numerus. Occubuerunt autem in bello ex parte sua centum millia armatorum & amplius secundum æstimationem Saracenorum, quos postea cepimus. De exercitu autem Domini, quod non sine grandi gratiarum actione recitandum est, & quod incredibile est, nisi quia miraculum est, vix viginti quinque Christiani aut triginta de toto nostro exercitu occubuerunt. O quanta læticia! O quot gratiarum actiones! nisi de hoc dolendum sit, quod tam pauci martyres de tanto exercitu ad Christum martyrio perve-

nerunt. Ut autem magna eorum multitudo credatur, cum exercitus noster in castris eorum post bellum perdidit fecerit moram, ad omnia incendia, quæ necessaria erant in coquendis cibis & pane & aliis, non composuerunt aliqua ligna nisi de sagittis & lanceis eorum, quæ remanserant, & vix poterunt comburere medietatem. Cumque dicti exercitus propter longam moram factam in locis eremis & incultis deficeret in victualibus & aliis, ibidem tantam invenerunt tam ciborum quam armorum, necnon etiam dextrariorum, & aliorum jumentorum copiam, quod capientes ad suam unusrisque de iis omnibus voluntatem, plus ibi dimiserunt ex magna abundantia, quam ceperunt. ² Tertio autem die procedentes venimus ad quædam castra eorum, scilicet Bilche, Baños, Tolosa, quæ in continenti cepimus. Tandem pervenimus ad duas civitates, quarum altera dicitur Biacia, altera Ubeda; quibus non erant majores citra mare præter Cordubam & Hispalim; quarum alteram, scilicet Biaciam, destructam invenimus; ad alteram vero, scilicet Ubedam, quia situ loci & artificio fortissima erat, confugerat multitudo hominum infinita ex omnibus villis adjacentibus. Cum enim villa illa numquam ab Imperatore, vel ab aliquo Regum Hispaniæ expugnata sciretur vel subjugata, in eadem posse salvare sua corpora se credebant. Sed & hanc in brevi divina gratia favente cepimus, & funditus destruximus, quia non possemus habere tantam multitudinem gentium, quæ ad illas populandas sufficere possent, & bene perierunt ibi sexaginta millia Saracenorum; quorum quosdam interfecimus, quosdam captivos duximus ad servitium Christianorum & monasteriorum, quæ sunt in marchia reparanda. Hæc igitur, sanctissime Pater, vobis scribenda decrevimus, pro auxilio totæ Christianitati im-

¹ Roder. Tolet. lib. VIII. cap. 10.

² Roder. Tolet. ibid. cap. 12.

impensio gratias, quas possumus, exhibentes, & humiliter supplicantes, ut vos, quem Dominus ad summi Sacerdotii gradum elegit, ei cum sacrificio laudis pro salute populi immoletis vitulos laborum.

ORATIO.

Omnipotens & misericors Deus, qui superbis resistis, humilibus autem das gratiam, digna tibi laudum præconia, & devotas gratiarum referimus actiones, quod antiqua innovando miracula, gloriosam tribuisti victoriam de perfidis gentibus populo Christiano, te suppliciter exorantes ut quod mirabiliter incepisti, misericorditer proseguare ad laudem & gloriam nominis tui sancti, quod super nos famulos tuos fideliter invocatur. Per Dominum nostrum, &c.

INNOCENTII III.
RESPONSIO.ILLUSTRI REGI
CASTELLÆ.

Protector in se sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil firmum, multiplicans misericordiam suam super te ac populum Christianum, & effundens iram suam in gentes, quæ Dominum non noverunt, & in regna, quæ non invocaverunt sanctissimum nomen ejus, juxta quod dudum fuerat Spiritu sancto prædictum, irrisit gentes quæ temere fremuerant contra eum, & subsannavit populos inania meditato, humiliando arrogantiam fortium, & infidelium superbiam quiescere faciendo; qui sperantes in equis, quia multi sunt, & equitibus, quia prævalidi nimis, super sanctum Israël non fuere confisi, & Dominum exquirere contemserunt; quin immo

1 Ibid. Episc. 183.

Deo vivo & vero ausi sunt exprobrare, exaltantes contra eum timide vocem suam, & suorum levantem altitudinem oculorum. Benedictus autem Deus, qui posuit in eorum naribus circum, & in labiis suis frenum, dans eis secundum opera eorumdem, & ipsi retribuens secundum suorum nequitiam studiorum; ut cognoscat Moab, quoniam major est ejus indignatio & superbia, quam fortitudo & virtus, & sperent in Domino cuncti qui diligunt nomen ejus, videntes quod in sua sperantes misericordia non relinquit, sed prope est omnibus ipsum in veritate vocantibus, dans lapsis fortitudinem, & robur multiplicans; ut jam non dubitent verum esse quod legitur: *Quoniam ipsi sperant in Domino, habebunt: ambulabunt, & non deficient; quia Dominus virtutem populo suo dabit.* Nos autem per tuæ serenitatis literas plenus intellecto, qualiter is, qui docet manus suorum ad prælium & digitos eorum ad bellum, instauratis veteris testamenti miraculis, in tanto & tam horribili prælio salvum fecit populum humilem, & humiliavit oculos superborum, exultavimus Domino adjutori nostro, & ei, quantum sua donavit gratia, jubilantes, gavisi fuimus gaudio magno valde. Convocantes ergo urbis clerum & populum universum, ei qui facit mirabilia magna solus, etsi non quantas debuimus, quantas tamen potuimus, una cum illis gratiarum exsolvimus actiones, ipsas tuæ celsitudinis litteras legi coram universa multitudine facientes, & ore proprio exponentes, easdem; in quo, post divinæ virtutis magnalia, quantum magnificentie tuæ præconia extulerimus, ab aliis potius quam a nobis Regali excellentie volumus intimari. De cetero, fili carissime, prudentiam tuam monemus, rogamus & exhortamur in Domino, quatenus datam tibi & populo Christiano victoriam Domino exerc-

exercituum reverenter adscribas, ore simul & corde humiliter confitendo, quod non manus tua excelsa, sed Dominus fecit hæc omnia, juxta quod in lege divina præcipitur: *Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea & potentia manus meæ fecit mihi virtutem hanc magnam; sed memoreris Domini Dei tui, quia ipse tibi dat facere fortitudinem & virtutem.* Ista enim victoria proculdubio non humani operis exstitit, sed divini; & gladius Dei, non hominis, immo verius Dei hominis, inimicos Crucis Dominicæ devoravit. Quis enim dedit eos in direptionem & prædam, ut unus mille, & duo decem millia effugarent, nisi Deus, quod subdidit illos & tradidit, suam super eos indignationem effundens pro eo quod peccaverunt eidem, & in ejus noluerunt semitis ambulare? Non igitur tibi veniat pes superbiæ, quia tibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem. Sed asser Domino gloriam & honorem, dicens humiliter cum Pro-

pheta: *Zelus Domini exercituum fecit istud;* ut aliis exultantibus in curribus & in equis, tu exultes & glorieris in nomine Domini Dei tui, & considerans vindictam impiorum factam a Domino, laves manus tuas in sanguine peccatorum. De hōis autem pro certo cognoscas, quod personam tuam semper de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta dileximus, & jugiter in tua crescimus caritate, in cunctis negotiis tuis tuæ serenitati adesse, quantum cum Deo & honestate poterimus, proponentes. Tu ergo ea semper agere studeas, quæ Apostolicum promereantur favorem, & per quæ gloriam temporalis regni transitoriam, & caducam in æterni regni beatitudinem, quæ nunquam deficit, valeas commutare. Quod utinam ore prophæticæ dixerimus, & eventum rei tergerimus immobili veritate. Datum Laterani VII. Kal. Novemb. Pontificatus nostri anno XV.

VENERABILIBUS IN CHRISTO

SIBI MULTUM DILECTIS ARNOLDO ABBATI
CISTERCIENSI CETERISQUE ABBATIBUS IN
GENERALI CAPITULO CONSTITUTIS.

FRATER ARNOLDUS

DEI GRATIA NARBONENSIS ARCHIEPISCOPUS SALUTEM
ET SINCERAM IN DOMINO CARITATEM.

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, quia magnificavit Dominus facere nostris temporibus cum suo populo Christiano victoriam de suis ho-

stibus conferendo eidem, in qua victoria eo ipse fortius est laudandus, quo de potentiori hoste dignoscitur triumphasse. Ecce enim evangelizamus vobis gaudium magnum, quia Mira-

1 Deuteronomii 8.
2 Ferdinandus Ughelus in Italia sacra to. II pag. 188. & Sanmarthani in Gallia

christiana to. VI Instrum. LX. pag. 53. V. Memorias cap. CVL y sig.

molinus Rex Marrochensis, qui, sicut audivimus a plerisque, bellum indixerat omnibus illis, qui crucem adorant, ab illis eisdem, qui crucem colant, bello campestri devictus est & fugatus. Siquidem cum de universis mundi partibus fideles Christi propter remissionem, quæ a domino Papa Domini Jesu-Christi vicario proficiscentibus ad indictum bellum in Christianitatis Hispaniæ subsidium est indulta, Toleti convenissent, ubi debebant in octava Pentecostes ex edicto Regis Castellæ & Aragonum convenire, affuerunt inter eos, qui convenerat, venerabilis pater Guillelmus Burdegalensis Archiepiscopus, & alii Ecclesiarum Prælati, Barones quoque, ac milites ex partibus Pictaviæ, & Andeg. ac Britanniæ, & de Lemovic. & Pictagoric. & Santon. & Burdegalensis diocesis, & aliquot de aliis partibus ultramontanis. Nos quippe cum comitatu militum ac peditum satis honesto & bene armato de Lugdunensis, & Viennensis, & Valentiniensis diocesis tertio die Martii post octavam diem Pentecostes Toletum venimus, & de utilitate Reipublicæ Christianæ tractavimus cum Regibus, & de adventu domini Regis Navarræ, qui tunc inimicabatur domino Regi Castellæ. Nos siquidem in ipso nostro itinere diverteramus ad ipsum dominum Regem Navarræ, ut induceremus ipsum ad veniendum in subsidium populi Christiani. Cumque residentiam ultra quatuor hebdomadas fecisset exercitus jam Toleti, & tadio fatigatus ex mora arripiendi jam iter contra nationes Saracenicæ æstualet, XV. die postquam nos Toletum venimus, feria III. nos omnes ultramontani, præstito nobis pro duce ac socio itineris nobili viro Didaco a domino Rege Castellæ, movimus castra nostra: & in sequenti die Dominico, in festo S. Joannis, venimus ad quoddam castrum Maurorum, quod Magalon appellatur: & nōdum fixis tentoriis, statim ultramontani aggressi

si sunt ipsum castrum, & infra horam, ut credimus, fuit illud, quod erat in circuitu capitis castrum. Postmodum caput castrum ejusdem incessanter sagittis & lapidibus per totum diem & noctem impugnavit, murus nihilominus cum piconibus fodientes. Erat siquidem turris quadrangula de lapide atque calce habens in singulis lateribus singulas turris coherentes sibi, quorum etiam propugnacula erant bene tabulatis munita. Captæ sunt igitur quatuor turres, & per violentiam expugnata: per quas etiam ventum est fodiendo ad fundamenta majoris turris. Defendebant se adhuc pro posse suo Saraceni, qui erant in superioribus partibus turris: nec adhuc libere poterant ad eos nostri ascendere, pro eo quod testudines fortissimæ de lateribus, atque calce seu gypso defendebant eos desuper existentes. Tractatum est ergo de redditione castrum ipsius. Mauri siquidem volebant seipsum reddere, ut essent semper captivi; sed non placuit istud nostris. Acceptum est ergo castrum hoc modo, quod servata vita illi, qui habebat in custodia sua castrum cum duobus suis filiis, ceteri essent in voluntate peregrinorum. Interfecti sunt ergo omnes, qui inventi sunt, præter paucos.

In sequenti II. feria venerunt Reges Aragonum & Castellæ, & III. feria universi requievimus juxta prædictum castrum, IV. cum feria processimus ultra per duas leguas, & venimus Calatravam. Erat autem Calatrava castrum bene munitum turribus fortibus atque densis, & erant in multis turribus manganeli. Die igitur sabbati, die videlicet commemoratio nis S. Pauli, impugnavit castrum totus exercitus Christianus, & assistente divino adjutorio, pars illa, quæ erat exterior versus aquam, & debiliorem, quam impugnabat dominus Rex Aragonum, & nostri Viennenses, & fratres etiam Calatravæ, fuit ea die infra tempus modicum occupata: & in dua-

duabus turribus, quæ in illa erant paritate, posita sunt vexilla nostrorum. In crastino vero corperunt Saraceni tractare de pace; & quia illud, quod captum fuerat, erat debile, & illud, quod restabat capiendum, multa fortitudine nitabatur; placuit Regibus ad evitandum suspendium atque necem Christianorum, castrum accipere sub tali conditione, ut personæ exirent liberæ, & vestitæ, & de illis equis, qui ibi erant, educerent equos XXXV. secum. Sequenti III. feria quidam ultramontani Prælati, comitante illos magna multitudine militum, recedentes de exercitu ad propria remearunt, & qui tunc cum prædictis Prælati redierunt ad sua, ultra quadraginta millia æstimantur fuisse. In sequenti Dominica recedentes Calatrava, relicto Rege Aragonum apud Calatravam, qui victualia, quæ inventa fuerant Calatravæ, suis militibus dividebat, venimus ad illud castrum, quod appellatur Alarcos, juxta quod fuerat olim bellum, in quo a Rege Marrochensi devicti fuerunt aliquando, peccatis exigentibus, Christiani. Eodem die venit dominus Rex Navarræ: deinde per duas dietas venimus ad radices montis, qui dicitur Portus de Muradal; & ecce quidam ex nostris montis ascendentes cacumen viderunt quasi ad unam lequam, vel duas tentoria Saracenorum: aliqui etiam Saraceni sursum in eodem montis cacumine confictum habuere cum nostris. Dictum est tunc in exercitu, quod Rex Valentis parvus Miramolini esset cum Saracenis & militibus Cismarini, qui Fandalutes dicuntur, in illis tentoriis, ut nostris transitum inhiberent. Erat enim locus arctus & arduus, per quem exercitus proponebat transire; & ideo ad id inhiendum transitum illum nobis, fixerant Mauri tentoria sua. Ipsemet Miramolinus die sequenti venit cum residua exercitus sui parte, in qua die VI. feria montis ipsius cacumen ascendimus, & non processimus ulterius ipsa die. Castrum

quoddam, quod erat in illo monte, relictum est statim a Mauris. Ea die Saraceni Christianos, qui aliquantulum ultra tentoria nostra processerant, impetierunt, & verterunt in fugam, & quosdam etiam prostraverunt; & longe plures prostravissent, nisi Viennenses & Pictavienses fuissent, qui cum essent presentes, se, quamvis pauci essent, eisdem Saracenis usque adeo viriliter objecerunt, quod ultra aquam, quam ipsi nobis inhilere volebant, eos fuerint persequuti: & sic ab impetitione nostrorum sunt contriti Saraceni.

In sequenti die, quæ fuit dies sabbati, cum non possemus per nostrum iter transire, per quod proposeramus, tum propter altitudinem & arduitatem loci, tum propter Saracenos, qui ex opposito consistentes transitum inlibebant, fecimus quantis circuitum per aliam partem, euntis per loca ardua & abrupta: & cum venissemus ad locum, ubi tentoria nostra erant signata, ecce erant a regione Maurorum acies ordinatæ, & infra brevem horam prosilierunt ante ipsas acies Arabes & sagittarii, provocantes nostros cum suis lanceis & sagittis. Nostri curaverunt tantum de figendis tentoriis, superpedentes eo modo acies, In crastino venerunt similiter diluculo Saraceni, dispositis eo modo acibus, quo præcedenti die fuerant ordinatæ. Nostri quoque supersederunt bello etiam ipsa die, sagittariis solis, & paucis aliis hinc inde discurrantibus: Arabibus etiam ex parte ipsorum torquentibus cum nostris, non more Francorum, sed secundum aliam suam consuetudinem torneandi cum lanceis, sive canis. Ipsa die Miramolinus demonstravit plenius posse suum, quam in die sabbati demonstraret.

Aderat jam tertia dies, dies inquam lætitiæ, dies quam fecit Dominus, dies per multa secula memoranda. Er ecce mane, antequam sol incalcesceret, prima Maurorum acies, & Arabes, qui erant e latere quasi in alio monticulo, qui

qui numquam dicitur venire, sed quasi exvagantes extra acies discurrendo pun- gnare, fugiunt, hostibus minime expec- tatis: quod apparet per hoc, quod in illo loco nulli Saraceni mortui sunt inventi. Insequuntur igitur nostri Saracenos fugientes, & cum ultra mon- tem prædictum descendissent ad val- lem, & ipsos occiderunt. Mauri qui fugerunt, cum ad cacumen montis al- tius pervenissent, sistunt ibidem, pro eo quod ibi erat Maurorum quedam ac- cies ordinata fortissima, ut ipsi crede- bant, & ipse Miramolinus, ut dicitur, in acie illa erat. Personantibus igitur valde instrumentis Maurorum, quæ Hispani appellant Jambures, figunt gressus Saraceni, & non solummodo nostris restiterunt, verum & nostros ita efficaciter invaserunt, quod Serani, quedam videlicet gens de Regno Cas- tellæ, tam equites, quam pedites in fugam conversi sunt, ita quod totus fere exercitus, qui erat ante ultimam aciem, præter quosdam nobiles Hispanos & ultramontanos, fugere viderentur. Et multus timor fuit in cordibus multo- rum ex nostris, ne illo die nos Do- minus defraudasset, quod credendum est ex dispositione divina ad reprimen- dam nostrorum superbiam evenisse, ut dum nostros armatos a facie videremus, non nobis, vel armis personarum, vel equorum, quæ multa erant in exercitu nostro, paucissima vero, vel nulla in exercitu Saracenorum; sed Domino Jesu-Christo adscriberemus victoriam postmodum sequuturam: & Cruci e- jusdem, cui ipsi insultarant, & quam nostros portabant in pectore, ut essent quales dicit Apostolus, portantes vi- delicet ejus improperium extra castra, in quo improperio nostri sine dubio postmodum devicerunt. Nos cum fugam Christianorum vidissemus, coepi- mus discurrere per exercitum, & hor- tari fugientes, ut obstarent. Licet au- tem Serani, & forte plures alii fugerent, ultima tamen acie stante, & uno quo-

que Regum cum suo comitatu ipsos Saracenos strenuissime impetente, qui- busdam ad hortationem nostram stan- tibus, quibusdam etiam ad confugium redeuntibus, non solum retro repulsi sunt Saraceni, qui tergo Christiano- rum iminebant, verum etiam illi, qui erant in illa forti acie, sunt con- fecti & occisi. Et ex tunc fugit exer- citus Saracenorum præparabiliter post Miramolinum Regem ipsorum qui prius aufugit, qui etiam, ut dicitur & credi- tur, in præcedenti nocte præsentiens, quod devincendus esset, præmiserat eadem nocte ante se, super mulos & camelos, divitias inestimabiles, quas habebat. Nostri Saracenos insequuntur per media sua tentoria fugientes. Ten- toria vero plura, nisi quando venerunt illuc, ad terram deposita invenerunt. Insequuti sunt autem eos per quatuor leguas bene, & tot ex eis occiderunt quoque in bello, & post bellum sunt interfecti sexaginta millia, & multo plures existimantur fuisse; & quod est valde mirabile, sicut credimus, non sunt de nostris mortui quinquaginta. In tribus vero locis vel quatuor tot lanceæ sunt inventæ, licet jam confra- ctæ, quod omnes, qui viderunt, mul- tum exinde admirabantur: archæ parvæ plenæ sagittis & quatrellis tot simili- ter in tribus locis vel quatuor sunt in- ventæ; quod si etiam plures opinan- tur & contendunt, duo millia so- mniariorum non sufficerent ad portan- dum. Benedictus per omnia Dominus Jesus-Christus, qui per suam miseri- cordiam in nostris temporibus, sub fe- lici Apostolatu domini Papæ Innocen- ti, de tribus generibus perulantium ho- minum & inimicorum Ecclesie S. suæ, videlicet orientalibus schismaticis, oc- cidentalibus hæreticis, meridionalibus Saracenis, victoriam contulit catholicis Christianis. Super tantis igitur bonis & donis nobis ab eo collatis, qui dat omnibus affluenter, & non impro- perat, gratias ei, quas ei postulamus, etsi non dignas, tamen quantas & qua-

quales possumus, referamus. Fuit au- tem bellum anno Domini M. CC. XII. XVII. Kalend. Augusti, II. feria an- te Magdalene, in loco, qui dicitur Navas de Tolosa. Erat quippe quod- dam castrum Maurorum prope, quod Tolosa nominatur, quod nunc in po- testate Christianorum per Dei gratiam est redactum; ut intelligant & timeant simile, nisi poenitent, hæretici Tolosani.

Tertia die post bellum peractum, quarta feria videlicet, recedentes di- cto loco illo, ubi tentoria Maurorum fuerant, ubi nos per duas noctes per- noctavimus, venimus ad quandam a- quam, quæ dicitur Gualien. Quot au- tem cadavera mortuorum occisorum a Christianis persequentibus invenimus in itinere, usque ad quoddam castrum quod erant in via, Bilche appellatum, quis sufficiat explicare? Redditum est ergo castrum illud ea die domino Regi Castellæ. Erant enim ibi aliquot Sara- ceni, qui de bello evaserant, & receperunt sese ibi. Indigenæ siquidem jam inde fugerant ante faciem Chri- stianorum. Requievit autem exercitus juxta prædictam aquam per duos dies: feria vero sexta venimus Biatiam civi- tatem, quam invenimus a suis indigen- sis penitus destitutam. Receperant enim sese plures in quandam villam vi- cinam, quæ Ubeda nuncupatur. Pars tamen major exercitus venit Ubedam ea die; nos vero cum quadam parte exercitus venimus Ubedam die se- quenti. In crastina, videlicet Dominica die, cum armasset se major pars exer- citus ad illam villam impugnandam, placuit Regibus, ut redirent ad castra, & supersederent insultui ea die. Feria autem secunda villa impugnatur, & cum nostri jam per plures horas insti- tissent, & non possent multum perficere, & jam quasi desperati fere om- nes ad tentoria rediissent; ecce illa parte, quam dominus Rex Aragonum impugnabat, medietas turris, quam perforaverat, occidit, & intransibus præ- cum illum Aragonensibus, ceperunt

muros relinquere Saraceni, & tunc per diversas partes murum irrupentibus Christianis, Saraceni, relictis duabus par- tibus villæ, ceperunt se in tertia parte villæ confestim; quæ erit fortiori a- liquantulum. Postmodum de composi- tione tractatum est in hunc modum. Ut videlicet Saraceni Ubedæ darent Regibus milles mille mazmutinas; ipsi vero remanerent in ipsa villa cum om- nibus aliis rebus suis. Quoniam vero ista compositio erat contra Deum, (sic enim non solum vendebantur Sarace- nis arma, & blandum, quod est per canones sub excommunicatione inhibi- tum; verum etiam terra non solum illa, quæ erat acquirenda; immo illa, quæ fuerat acquisita, cum pars villæ jam capta fuisset; & de illa, quæ non- dum erat capta, esset certissima spes, quod facile caperetur) ceperunt qui- dam Prælati, qui erant in exercitu, con- tra compositionem hujusmodi reclama- re. Quorum autem consilio Christia- norum compositio hæc fiebat, non in- terest nostrum referre. Reddeuntibus tandem Regibus ad cor suum, facta est compositio altera in hujusmodi mo- dum: Ut videlicet Mauri darent sum- ptam pecunie quantitatem, nec non, & villam relinquere ditendam; & ipsi Mauri exirent inde securi cum omni- bus aliis rebus suis. Et factum est di- vino iudicio disponente, quod Mauri non potuerunt promissionem adimple- re; & ideo a Christianis in captivita- tem sunt redacti, & fuerunt deserti muri villæ. Benedicamus ergo Domi- num universi, & laudemus & confiteamur, quia fecit nobiscum misericor- diam suam magnam. Propter quod san- ctam discretionem vestram rogamus, quatenus referatis gratias Deo, &c. non soli, precibus insistatis quatenus om- nipotens Deus in plena expugnatione, & victoria. . . . glorificet filium suum Dominum nostrum Jesum Christum, cum quo vivit & regnat in unitate Spi- ritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.